



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 11. S. Gregorii Nazianzeni Exitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Sæculum IV. missam. Ex urbibus ejici, præsertim Apollinaristæ, jubentur, prohibentur vero
 A. C. 388.

L. 15. *ibid.*

Episcopos, aut Clericos instituere, & conventus agere, imo ultra Imperatoris auri-
 bus molestiam creare. Decima quarta Junii ejusdem anni, duo Imperatores, Stobæ in Macedonia degentes, legem tulerunt, ad Trifolium Præfectum Prætorii in Italia directam, & eadem, quæ superior, prohibentem, atque ideo potissimum condita videtur, ut aboleretur illa, quam Valentinianus, seu potius Justina Mater ejus vigesima tertia Jan. 386. Arianis faventem ediderat.

Sup. XVIII
 S. 43.

§. XI.

S. Gregorii Nazianzeni exitus.

Or. 46. p. 721
 Soz. VI. e. 27.
 Lex, contra Apollinaristas lata, fructus fuisse creditur zeli, quo S. Gregorius Nazianzenus fervebat; quamvis privatus viveret, non ideo tamen tam Ecclesiæ universalis, quam particularis Ecclesiæ Constantinopolitanæ mala minus dolebat. Hinc ad Episcopum Nectarium scripsit in hæc verba: *Qui Arii, seu Eudoxii Sectam sequuntur, ad ostentationem hæresin profitentur, & conventus agunt, non aliter, ac si per Cæsarem Decreta idliceret. Macedonianorum insolentia eo usque crevit, ut sibi Episcoporum nomen tribuant, & Eleusium ordinationum suarum auctorem jactent. Eunomius pestis nostra dome-*

domestica, vivit, & ideo vivit, ut jactu- Sæculum IV.
A. C. 388.
ram putet, si non omnes exitiali sua do-
ctrina possit inficere. At omnium maxi-

me intolerabilis est Apollinaristarum au-
dacia! nescio, quomodo Sanctitas tua fer-
re potuerit, ut sibi licentiam arrogave-
rint agendi conventus non minori solem-
nitate, ac Catholicorum congregationes
celebrari solent? In conclusione Necta-
rium hortatur, ut Imperatorem moneat;
quidquid affectu tenerrimo pro bono Ec-
clesiæ hæcenus fecisset, nihil profuturum,
si hunc errorem adversus sanam Doctri-
nam invalescere sinat. S. Gregorius Eu-
nomium pestem suam domesticam vo-
cat, quia natus in Cappadocia, tunc illuc
relegatus degebat; nam, cum Imperator
Theodosius quosdam sibi a cubiculis Do-
ctrinæ Eunomii adhærere deprehendis-
set, eos Palatio ejecit, ipsumque Euno-
mium Calcedone abduci iussit, quem pri-
mo Myssiam misit, & hoc loco a Barbaris
capto, Cæsaream in Cappadocia relega-
vit; rursusque, quia scriptis contra S. Basi-
lium compositis incolarum odium in se
concitaverat, in prædia sua, & locum,
quem Dacoroene dicebant, deportatus est.

Philo. X. c. 6.

Post hanc ad Nectarium Epistolam
nihil amplius de S. Gregorio legimus,
quod ad res universalis Ecclesiæ pertine-
ret. Ipse in solitudine sua Arianzena, so-
lo nempe natali, permanebat. Hortus,
K k k 3 fons,

Sæculum IV. fons, arbores, quarum densitate tegeba-
 A. C. 388. tur, unicæ erant deliciae. Cœterum je-

carm. 59.
p. 138.

junabat, & orabat, magnam lacrymarum
 copiam tundens. Lectus erat florea, o-
 perimentum saccus hispidus; unica tu-
 nica vestiebatur; nudipes incedebat,

carm. 4. p. 70.

nunquam ignem excitans; præter ani-
 malia nulli focii. Nihilominus hic vite
 rigor, morbi continui, & extrema Sene-

Ibid.

car. 58. p.
136.

ctus non obstabant, quo minus vehe-
 mentes insultus carnis adversus Spiritum
 sentiret; hinc dicebat; quamvis corpo-
 re virgo esset, nescire se, an animum quo-

Ep. 196.

que labe immunem gereret? sollicite
 foeminarum occursum fugiebat, quod di-
 spicitur ex Epistola ad propinquorum suo-
 rum aliquem data, cui nomen Valenti-
 nianus; is Gregorium sæpius visendi de-
 siderium obtendens, in loco vicino, &
 S. Gregorio conspicuo, mulieres secum
 habens, habitationem delegit; mulierum
 istarum vicinia virum sanctum abegit,
 quamvis locum magno labore coluisset,
 & ægerrime ab Ecclesia Martyrum, pro-
 xime posita, recederet. Id vero ultimi
 sui secessus tempore contigisse non cre-
 ditur.

carm. 58.
p. 136.

Nullum aptius remedium contra ten-
 tationes S. Gregorius adhibebat, quam
 preces, & magnam in Dei opem fiduciam;
 hac de re in carmine 58. in hunc modum
 canit: *Virtus non solum Dei domum est,*
sed

sed etiam ex tua voluntate proficiscitur, attamen a tua sola voluntate non dependet, majori potentia opus est; potentia mea videndi non sufficit mihi ad videnda objecta visibilia, si solis lumen desit. Duæ partes boni a Deo sunt, prima, & ultima; pars una in meo est posita arbitrio. Deus me bene agendi capacem reddidit, ipse vires sufficit, ego vero in medio stadii curro; IESUS Christus est Dux meus, & virtus mea, per ipsum respiro, ipse efficit, ut videam, & feliciter decurram. Sine ipso omnes mortales inania phantasmata sumus, spirantia cadavera, peccatis nostris infecta. Sicut aves, aere destituta, volare non possunt, nec pisces extra aquam natare, ita homo sine IESU Christo nec gressum unum promovere potest. Inde deducit, in re nulla nos extolli oportere, nec quidquam viribus nostris tribuere, sed profunde humiliari.

Sæculum IV.
A. C. 388.

S. Gregorius
Nazianzen.

Hujusmodi carminibus bonus Senex Gregorius in sua solitudine animum occupabat; historiam vitæ suæ, & toleratas ærumnas enarrat, certamina depingit, & infirmitatem deflet. Orat, docet, Mysteria explicat, & morum regulas tradit. Quamvis dotibus suis ad Poësin propenderet, utpote elegantissimo, & promptissimo ingenio præditus, hunc tamen laborem esse suæ pœnitentiæ partem judicabat, cum longe opero-

carm. in suos
vert. p. 248.

Sæculum IV. sius sit, versus compingere, quam oratione soluta scribere. Hunc sibi scribendi

A. C. 388.

Greg. Presb.

p. 33.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

Or. 51. in fin.

car. 60.

p. 140.

car. 61. p.

142. *Suid.*

Greg. V.

Pagi. an.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

389. n. 4.

§. XII.

Prophetia S. Joannis Ægyptiaci.

Pall. Laus.

c. 43. *Cass.*

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

IV. hist. c. 24.

Dum Imperator Theodosius bellum in Maximum adornat, misit, qui celebrem Anachoretam S. Joannem Ægyptium, in superiore Thebaide prope urbem Lycum habitantem, consularent. Is a puero artem tignariam didicerat, habebat.